Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450198-p0001-9

zu Oeg5

O.i.840 (1–101).

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450198-p0002-5

# DISPVTATIO DE INTERDICTIS; GENERALIS, DE OMNIBVS; ET SPECIALIS, DE QVIBVSDAM, HOC EST, IIS QVAE ADIPISCENDAE POSSESſionis ſunt.

D. O. M. A

PRAESIDIBVS CLARISS. ET CONSVL. VIRIS D. IOANNE MICHAELIS CRONENBVRgero, Dictatore, & D. Ioanne Hollandt, Fiſco, SS. LL. Licent. in celeberrimo apud Vbios Academiæ Colonienſis Iureconſultorum publico Collegio propoſita à

IOANNE ROEDEN.

*Anno à N. C. CIƆ. IƆ. XCIII.*
*ipſis Nonis Ianuarijs.*




COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

Gg

# TRANSITIO ET THESIS I.

*SEquitur ſeptimum caput Iudiciorum prætoriorũ, quod eſt de Interdictis,*(a) *hoc eſt, decretis,*(b)*ſiue edictis poſſeſſorijs,*(c)*ex vſu incidente ab ipſo Prætore*(d) *protinus quam controuerſia ſuſcepta eſſet, ſine vlla mora & cunctatione,*(e)*litis ordinandæ & inſtruendæ cauſſa*(f) *interim, donec de re ipſa conſtaret id eſt quæſtio dominij per Iudicem pedaneũ, in cauſſa principali datum,*(g) *finiretur*(h) *ſolenni formula & certa verborum conceptione,*(i) *ordinarie,*(k) *dictis*(l) *editis,*(m)*pronunciatis,*(n)*& quaſi interlocutorie*(o)*interpoſitis ac promulgatis.*

(a)nouem capita ſunt Prætoriorum Iudiciorum, quorum primum incipit à bon. poſſ. ex quo patet hoc 7. eſſe. (b)§.1. verſ. ſunt tamen I. h. t. l. 1 in prin. de tab. exh. (c)Edicta voco quia à Prætore in albo proponebãtur, & ex eodem ferè reddebantur, perinde atque actiones, l. 1. C. h. t. Paul. lib. 4. ſent h. t. vt rectè cenſuerint quidam hîc, edictum genus interdictum ſpeciem eſſe, vide Cuia. lib. obſ. 5. c. 17. Poſſeſſoria dico, quod plerumq; de poſſ. vel q. his agitur, ſecundũ Zaſ. ad Rub. hîc, & Th. n. e. Imo verius quia ſemper poſſeſſionis cauſam principaliter ſpectant, vt noto 1. theſ. 3. (d)Hinc patet differẽtia actionũ, de quib. pedaneus Iudex cognoſcebat, l. 15 vbi Bart. & Dd. de re iud. (e)ne partes ad Cædes, vulnera, plagas deuenirent, Th. §. 1. h. t. quod iudicis eſt prouidere, l. 13. §. 3. de vſuf. vide Menoch. de recep. poſ. in prælud. nu. 24. (f)l. 3. C. h. t. Th. d. §. 1. (g) vide Cuia. h. t. & VVeſem. ff. eod. (h)aliquando finiebat prætor ipſe, l. 1. §. fin. de aq. quot & æſt. vide 1. theſ. 3. (i)§. 1. h. tit. (k)The. d. §. 1. & in §. Iuſta quibus manum licet (l)l. fin. de prec. (m)l. 3. vbi Zaſ. h. t. (n)Th. effatum vocat interdictum, Inſt. h. t. (o)Neque enim perpetuam poſſ. tribuũt, ſed ni vincat poſſeſſor momento valituram, l. 1. §. fin. de aq. quot & æſt. Interlocationes vocat. Cuiac. ff. h. t.

## II.

*Quanquam hodiè, ambagibus iſtis ſublatis,*(a) *extra ordinem de ijs, actionibus in factum,*(b)*ad exemplum interdictorum comparatis,*(c) *perinde atque de alijs cauſis, inter ipſa actionum auſpicia allegationibus factis, agatur*(d) *vt agendi forma prorſus immutata, res ipſa, hoc eſt, vis & ſubſtantia tantum permanſerit.*(e)

(a)l. fin. C. h. t. l. fin. C. quor. bon. vide Th. Inſt. de SC. Claud. (b)§. fin. vbi Th. In. eod. l. 1. h. t. (c)l. 3. & 4. C. h. t. l. 2. C. vnde vi. (d)d. l. fin. C. h. t. (e) l. vn. C. vti poſſid.

## III.

*Quæ quidem tota in poſſeßionibus conſiſtit,*(a) *rerum tum diuinarum, tum humanarum, earumq́; rurſum aut publicarum aut priuatarum, vniuerſalium aut particularium, corporalium aut incorporalium.*(b) *De proprietate autem nullum interdictum competit,*(c)*tametſi illud verum ſit, propter inſeparabilem Dominij connexionem, cuius titulus ſufficiens in ſperanda poſſeßionis victoria afferendus & probandus eſt,*(d)*illorum quadam*(e)*vna cum poſſ. quæſtione proprietatis cauſam, per quandam velut conſequentiam determinare.*(f)

(a)l. 3. C. h. t. l. fin. C. quor. bon. VV. hic & Cuia. C. eod. vtilitate huius rei vide Th. fin. (b)continet hæ diſtrib. materiam interdictorum. Quæ autem interdicta ad quam ſpeciẽ referri debeant, nemini ex l. 1. & 2. obſcurum eſſe poteſt, (c) Cuia. C. h. t. qui ita quoque intelligendus eſt lib. obſer. 5. c. 19. vti & glo. & Th. l. c. & Pet. in l. 2. §. quædam h. t. vt ab errore vindicentur. vide VV. hîc in f. (d)Pet. & Bart. in d. §. quædam. Zaſ. ibid. & in l. fin. ff. h. t.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450198-p0005-2

h.t.(c)quæ enumerat gl.in d.§.quædam quam alij ſequuntur,ſed non in omnibus. Cuia. d.c.19.(f)VV.d.loco,text.in l.1.§.fin.de aqua quot & æſt.

## IIII.

*Ac quoniam omnis de poſſeßione contentio, eſt de ea vel acquirenda vel retinenda vel recuperanda,(a)ſit vt pro petitionis diuerſitate diuerſimodè interdicatur nimirum aut iuſſoriè aut probibitoriè.(b) Illo modo inter dicitur in poſſeßione exhibenda & reſtituenda,hoc modo in illa retinenda.(c)*

(a)Zaſ.& Dd.in l.13.§.1.de acquir.poſſ.Menoch.in prælud.de recup.poſſ. Iureconſultus in l.2.§.pen.videtur hanc diſtribut.ad vnam tantum ſpeciem referre,ſed explicandus eſt ſecũdum l.3.de legib.(b)§.1 Inſt.h.t.(c) glo.d.§.1.tot.tit.de tab.exh.& tot.tit.vnde vi, tot.tit.vti poſſ.

## V.

*Interdicitur autem inter ſubditos tantum non etiam extraneos,(a) idq́ propter cauſam præſentem vel præteritam,(b)ſimpliciter aut dupliciter,(c) & pro interdictorũ natura perpetuò,vel intra annũ.(d) Perpetuò quãdo rei perſecut.cõtinent, nec ex maleficio deſcendunt intra annum,ſi pœnalia ſint.(e)*

(a)l 2.C.h.t.Gloſ.& Dd.in l.fin.h.t.(b) l.1.§.2.vbi Pet.h.t.(c)l.2.in prin.h.t.§.1.eod.l.3. §.1.de lib.exh.l.3.§.prætor ne vis fiat,l.1.§.1.de acqu.quot. vide Cuiac.obſer.lib.4.c.11.vbi emendat legis 2.§.fin.h.t.(d)l.pen.h.t.l.35.de act.& ob.(e) ita Communiter diſtinguitur poſt gl.in d.l.pen.

## VI.

*Denique interdicitur Perſonaliter non realiter,(a) quamuis in rem ſcripta ſint interdicta ferè omnia.(b) Ac quidem ita interdicitur,vt infamia euitetur,(c)licet à tempore moræ,quod delicto cauſam non dante litis conteſtationis eſt, fructuum damni & intereſſe ratio habeatur.(d)*

(a)l.1.§.3.vbi Zaſ.doctò h.t.(b)excipitur vnde vi niſi in ſubſidium agatur ex communi ſent.l.7.vbi Bart.& addit.ad eum illo tit.Bart.& Zaſ.in d.l.1.§.pen.h.t.(c) l.13. vnde vi (d)l.pen.vbi Zaſ.& Dd.h.t.l.1.§.4.vnde vi.

## VII.

*Quæ quidem generatim dicta ſint de interdictis omnibus. Nunc dicemus ſpeciatim de quibuſdam ijs videlicet,quæ adipiſcendæ poſſeſſ.ſunt,quorum tria potißimum numerãtur. Quorum bonorum,quod legatorum,Saluianum, Additur & quartũ, quo itinere venditor vſus &c. (a) Sed hoc prætermiſſo in cæteris explicandis illo ordine vtemur, vt primum cui,deinde aduerſus quem,tum ad quid quomodóve competant breuiter explicemus.*

(a)l.2.§.pen.h.t.l.5.vbi Pet.de 4.ſpecie.de itin.actuque pr.§.3.Inſtit.e.

## VIII.

*Igitur quorum bonorum interdictum ei competit, qui delato (a) ſibi Iure ſuccedendi agnito,rerum hereditariarũ poſſ.nanciſci deſiderat,(b)ſiue is ſucceſſor Prætorius ſit,(c) bonorum poſſ. vel de plano ſine ſtrepitu & figura Iudicij ex edicto, vel cum cauſſæ cognitione in iudicio per decretum accepta,(d)ſiue ciuilis,(e) ſiue teſtamentarius,(f) ex aſſe*

*vel*

*vel pro parte.* (g) *vel in re certa nullo alio coherede dato,* (h) *directo vel obliquè,* (i) *inſtitutus, ſiue legitimus, hoc eſt, ab inteſtato.* (k) *Denique ſiue ſuus* (l) *naturalis vel legitimatus,* (m) *ſiue extraneus.*

(a) l.2. C.h.t.l.deleta de V.S. (b) l.1.h.t. (c) cui directum competit. Bart & Dd in l.ſi curatoris, C.de neg.geſt. (d) Cuia.in par.C.h.t. Menoch. h. tract.q.1. vbi contra commune explicat hanc rem, (e) cui vtilis datur, gl.& Dd.in l.1.C.h.t. Cõmunē dicit Ang. in §.quadrupli nu.34. Contra Cuiac.hîc in par.C. & Pet.l.1.nu.9. & omnes vltramontani, vt inquit Ang.d.n. (f) Angel.d nu.34.& 40. Bart.in l fi.nu.15.de edict. Diu.Had.tol. (g) l.1.h.t.tot.tit.ſi pars her.pet. (h) Ripa l.1.h.t.vide Bart.d.l.fin.n.3. deinde cum Iaſ.in l.13.C.de her.Inſt. (i) Secundũ diſtinct. Bar.d.l.fin.num.9.argum.ab illa conſtit.ſumpto ſicut in ſimili facit. Meno hoc tract.q.7. (k) Ang.d.num.34. Menoch. Rem poſ.4.q.6. n.34.& q.9. (l) VVeſ.h.t. (m) c.tanta qui fil.ſint leg.vide Men.q.7.& Iaſ.in l.30.C.de fideicom.

## IX.

*Competit autem aduerſus eum qui rem hereditariam à defuncto tempore mortis poſſeſſam,* (a) *vniuerſalem vel particularem,* (b) *corporalem vel incorporalem* (c) *vt puta ſeruitutem, aliúdve quoddam ius Colonarium cenſuale emphyteuticarium vaſalligium, iuriſdictionis &c.* (d) *tempore litis conteſtatæ,* (e) *titulo pro herede vel poſſeſſore,* (f) *non etiam alio,* (g) *niſi ab iſtis poſſeſſoribus deriuato,* (h) *habet tenet poßidet, dolóve malo aut culpa* (i) *effecit, quo minus haberet, teneret, poßideret.*

(a) hoc requiritur omnino. contra debitores enim defuncti non datur, l.fin.h.t. vide VVeſ hîc (b) explo.pet her.l.10.de pet.her. Communis eſt ſecundũ Menoch.q.20.in fin. (c) Commune dicit Zuch.de miſ.in poſſ.nu.362. Idem tenet, Caſtr. in l.fin. nu.15. de ed. diu.Ha.toll. Contra eſt Bart.in l.2.h.t ſed omnino malè. (d) Cuia.in parat.tit.de ſuperf. VV.hîc.Menoch.q.21. (e) l.23 de iud.vide Dd.in §.ſin minus de act.diſtingue vt per Men. q.16. (f) l.1.h.t.§.3 c. (g) Communis eſt vt per Zuchard.num.454. Bart. & Dd.in l.1.C.e. (h) Bart.in l.22.de pet.her.ff.& l.11. C.e.Iaſ. in l.1.nu.10.C.de inoff.teſt. quomodo limitandus eſt, Zaſ.in l.1.§.1.nu.6. (i) l.1.h.t.Cag.in l.131.de R.I.VVeſ.hîc.

## X.

*Nec intereſt iuſtè an iniuſtè poßideat,* (a) *quanquam iſto caſu, ſi probatio in promptu ſit, & exceptio dominij* (b) *& vſucapionis,* (c) *etiam Iure Canonico,* (d) *non modo extraneo ſeu tertio, verum etiam ipſi heredi ſeu bonorum poſſeſſori proſit.* (e) *Vſucapio inquã 30. annorum non vnius anni, non decennij vel vicennij,* (f) *diſtinctione* (g) *ſucceßionis ciuilis vel prætoriæ reiecta.* (h)

(a) id eſt, Iuſto errore ductus poſſideat an non. vide VVeſ. in parat. de pet. her. n 10. (b) Bart.in l.1 num.3 quod legat.& l.fin.vbi Alex.in add.C.h.t. Ang.d.§. quadrupli nu.44.de act Eſtque communis ſecundũ Menoch.q.29. (c) l.1.h.t. (d) c.fin. vbi Dd de præſc. (e) Bart.l.1.nu.3 h.t.Zaſ.ibid.nu.4.qui tamen aliter ibi tex.intelligit (f) vide Men.q.13.& 15.vbi hac de re latè, (g) quam facit Bart.in l.1.num.3. hîc intelligendo poſſeſſorem pro bon.poſſeſſore ſicut ſolet hoc caſu.vide VV.tit.pro her.& poſſ.

## XI.

*Ex quibus nunc ferè perſpicuum eſt, ad quid hoc interdictum competat, nimirum ad adipi-*

*adipiſcendam vna cum cauſa & fructibus(a) poſſeßionem (b) quæ heredi vel bonorũ poſſeſſori abeſt, (c)quámve nunquam reipſa & verè(d)iudicis authoritate(e) habuit. Nã alioqui vt cum Iuſt.loquar ei inutile foret.(f)*

(a)l.antep.de int.l.reſtituere de V.S. (b)l.2.§.penul. de interd.§.3.Inſt.eod.(c)l.22.de acquir.her.Vigl.§.In extraneis de her.qual.& diff. (d)fictio enim iuris vel conſuetudinis de tranſlata poſſ.huic interdicto non obſtat.Rip.a l.1.nu.14.h.t. Zuch. d.tract.num.105.& 224.Iaſ.in l.fin.num.25.de ed.diu.Had.tol.Sapia de miſs. in poſſ.num.90.Iaſ.& Caſt.in l.14.C.de iur.delib.(e)qui enim vacuã poſſeſſionem ipſe (vt poteſt, vide VV.remiſ.h.t.) ingreſſus eam ſibi confirmari petit, quòd fortè aduerſarium metuat, non excluditur ab hoc interdicto, ex communi Dd.ſententia vt poſt Zuchar d.tract.nu.216.& 223.& Guid. Pap.q.c.132.& 213.ſcribit Menoch.Rem adip.poſ.4.q.44.(f)l.2.§.pen.h.t §.2.Inſt.eod.

## XII.

*Quamobrem coarguenda eſt* Dd. (a) *opinio exiſtimantium, cum interdictis retinendæ & recuperandæ poſſ. non modo hoc ipſum, verum etiam aliud eiuſdem generis(b)cumulari poſſe.(c) Quod certè non niſi in petitorio concedendum eſt.(d)*

(a)quos refert Menoch.Rem adip.poſ.1.q.24.& rem.4.q.63.(b)velut eſt interdictum quod legatorum, vt voluit Caſtr.conſ.79.authore Menoch rem.adip. poſſ.2.q.31. (c)Pugnantia enim ſunt & planè contraria primum adipiſci, & recuperare ſeu retinere, copioſè, Cuiac.obſ.lib.4.c.11.quæ alleg ins non auditur, l.1.C.de furt. Idem quod Cuiac.ſentit Menoch d.q.63.num.505.& 506.(d)Bart.Iaſ.Caſtr.Zaſ.in l.13.§.1.de acquir.poſſ. Latiſſimè vt omnia Meno.d.rem adip.poſſ.4.q.64.maximè nu.538.

## XIII.

*Iam verò, quod ad interdictum. Quod Legatorum attinet datur illud heredi,(a) tàm ab inteſtato,(b)quàm ex teſtamento ex bonis defuncti falcidiam detrahere volenti,(c) ſed & bonorum poſſ.(d)& fideicommiſſario vniuerſali (e)horúmve heredibus.(f)*

(a)§.1.& 4.h.t.& quidem directò quia ex verbis edicti datur l,6.vbi Alcia.de verb ſign. (b)Bart.in l.1 C.h.t.per l.fin. quando dies leg.cedit. & l.1.§.4. ad l.falſ.probat. Ræuard. lib.3.variorum c.4.(c)hæc ratio eſt huius interdicti qua ceſſante & illud ceſſat, vt per Menoch.contra Ripam in prælud.h.tractatu num.7.& Fab.in l.1. C.h.t.vide l.th.17.(d)l.2.h.t.l.1.§.3.e. (e) text.in §.3.ibi cæteris ſucceſſoribus quod verbum ita exaudiri poteſt, adde Menoch.q.5.f.d.§.3.h.t.

## XIV.

*Datur aduerſus legatarium vel fideicommiſſariũ,(a) vniuerſalem,(b) vel particularem, coheredem pro parte qua legatarius eſt, (c) & illorum ſucceſſores etiam ſingulares,(d)legatum videlicet vel fideicommiſſum ſibi relictum propria authoritate ſine permiſſu legis vel conſuetudinis,(e)ſine conſenſu teſtatoris expreſſo vel tacito inter viuos vel in vltima voluntate declarato,(f) ſine alia denique iuſta cauſa & ratione ante aditam hereditatem occupantes.*

(a)l.C.h.t.(b)Dd.in l.48.ad SC.Treb.ea ratione quòd nõ minus à fideicommiſſo vniuerſali falcidia detrahatur quã à particulari, l.1.§.fin.ad SC.Treb.§.3. Inſt. de hered fideicom.poſt Ripam in l.1.num.5.h.t.communem dicit Men.hoc tract.q.8. (c) l.1.§.6.h.t.adde Dd.

de Dd.in l.1.§.veteres de acquir.poſſ.(d)d.l.1.§.13.Ratio eſt in l.1.§.pen.de interd.(e)Ripa d.l.1.nu.19.h.t.(f)puta,quia expreſsè hanc poteſtatẽ fecit legatario in teſtamento vel codicillis quia fecit illum teſt. executorem, quia reliquit vſufructuarium omnium bonorum, quia viuens illi legatum tradidit, vel ex alia cauſa traditũ apud ipſum reliquit,quia inſtituit in re certa coherede dato vniuerſali &c. hos caſus poſt Ripam in l.1. h.t. retulit Menoch.q.12.13.14.16.& 17.Eoſdem ferè habet & Iaſon in l.4.C.de legat. adde etiam Cuiac.in parat.C.h.t.

## XV.

*Quòd ſi poſt hereditatem aditam,& ab herede poſſeſſam contra eius præcedentem vel ſaltem ſubſequentem voluntatem rem occupauerint,aut detinuerint. Ceſſat quidem hoc interdictum,*(a)*at iure ſuo hoc eſt legati dominio priuautur.*(b).

(a)ita declarat hîc VVeſ.in parat.& Roſſ.in tract.ord.Iud par.2.h.t & gl.Bart.& Dd. in l.1.C.e.(b)l.5.vbi Fab.in breu.& Iaſ.C.de legat.idque ad ſimilitudinem aliorum inuaſorum,de quib.l.7.C.vnde vi,& l.12.quod metus cauſa.

## XVI.

*Iuſtæ autem cauſæ propria authoritate legatum occupandi præter cæteras hæ ſunt, ſi periculum inſit in mora eius expectandi,*(a)*velut eſt in legato alimentorum pauperi relicto,*(b) *relicto pro ſepultura facienda,*(c) *pro ſumptibus funeralibus*(d) *ratione ſtudiorum.*(e)

(a)illud enim facit licitum quòd alias non licebat, l.5.§.ſi quis 11. vbi Bart. & Iaſ. de nou.oper.nunt.l.10.§.16.quæ in fraud.cred.Imò iſta legata etiam ante aditam hered.debentur à quolibet herede,l.50.§.1.de pet.her.notatur in l.38.§.Iulia.4.de leg.3. & in l.14. vbi Bald.diſertè circa finem & Iaſ.in ſimili num.20. & 23.C.de fideicom. (b)Bart.in l.2. num.5.de re iud.Menoch.de arbit.lib.2 caſ.52.num.12.(c)d.l.50.§.1.(d)argum.d §.Bald. in d.l.14.ad finem.(e)Bald.in l.vn.num.6.C.ſi de mom.poſſ.app fue. adde Ripam in l.1. num.17.h.t.& Men.hoc tract.q 50.

## XVII.

*Item ſi immune ſit à falcidia,*(a)*prouiſione legis,*(b)*vel teſtatoris,*(c)*vel heredis hoc beneficio ex præſumpta voluntate renuntiantis,*(d)*vel alias facto ſuo ſe indignum facientis.*(e)

(a)Alb.& Bart.in l.1.num.4.C.h.t.Corneus conſ.140.quem citat & ſequitur, Meno. q.19.n.77.vid.the.13.ex quo concluditur,Zaſ.opinionẽ vix admittendã eſſe, illud etiã ad alias heredis commoditates in l.1.num.3.extendentis, (b)auth. ſimiliter ubi Dd. C.ad l. Falcid.(c)Corneus conſ.61.quem refert & ſequitur. Menoch. d. num. 77. textus eſt in auth. ſed cum C. ad l. Falc.(d)l.1.§.14.h.t.iuncta l.9.& fin. C.ad l Falcid.(e)vide caſus in l.fin.§.4. C.de iur.delib.& in auth.hoc amplius,C.de fideicom.

## XVIII.

*Extra hos & ſimiles caſus datur volenti,*(a)*heredi hoc interdictum ad conſequendã legati poſſeſſionem,detrahendæ falcidiæ cauſa,etſi prætoris authoritate in poſſeſſionẽ eius miſſus ſit,*(b) *aut exceptionem dominij ex teſtamento incontinenti probare velit.*(c) *Ita tamen datur ſi requiſitus*(d) *cautionem expoſuerit de eo reſtituendo,quod ſupereſt*

*deducta*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450198-p0009-8

*deducta falcidia,* (e) *idq; idoneè,*(f) *& lite ſaltem conteſtata,*(g) *& pro tota re,* (h) *Quod intelligitur etſi per alluuionem aliquid accreuerit.*(i)

(a)quia ſecundum Cuia. & VVeſ.hîc eo hodie vti non habet neceſſe ſicut olim quod vindicare falcidiam poſſit (b)l.1.§.9. (c) Communem dicit Menoch. q.32. poſt Ripam h t. (d)l.2.§.1.h.t.l.1.§.1.vt in poſſ.legat.l.4.§.4.de dam.inf.pulchre. Iaſon in l.7.C.de pre. imp offer.(e)d.l.2.(f)pro Perſonarum & rerum qualitate arbitrio Iudicis. Menoch.lib. 2.de arbit.caſ.142.(g)l.2.§.fin.h.t.Menoch.q.28.fac.l.9.§.fin.de pignorat act (h)aliâs niſi pro parte vtetur,l 1.§.fin h.t.(i)l.2.in princ.h.tit.l.4.vbi not.Bart.de iur.dot.

## XIX.

*Reſtat vt interdicto Saluiano pauca dicamus. Quod locatoris prædij ruſtici cauſa primum inuentum,*(a) *Deinde vtiliter ad locat.prædij vrbani productum eſt,*(b) *ac demum ſimili quadam interpretatione, alijs etiam creditoribus hypothecarijs accommodatum.*(c)

(a)l.1.ff.& C.h.tit.VVeſemb.ibid.in parat. (b)glo.Bart.& Dd.in l.1.C de prec. Dd.in §.ſequens in fi.de interd.(c)VVeſ.in parat.hîc & d.§.ſequens,Cuiac.in parat.C.e.Eſtque communis opinio vt notant Dd.in §.Item Seruiana de act.

## XX.

*Vt eo experiantur aduerſus colonum,*(a) *emphyteutam,*(b)*inquilinum,* (c) *ſubcolonum ſubinquilinum,*(d)*vel alium iuris poſſeſſorem,*(e)*etiam tertium*(f)*pro conſequenda poſſeſſione rerum mercedis vel crediti nomine, expreſſè vel tacitè obligatarum.*(g)

(a)l 1 ff.& C.h.t.etiam partiarium ſecundum Communem authore Zaſ.d.§.Item Seruia.num.14.aut certa ſpecie ſiue quantitate agrum conducentem ſecundum Neguſ.tract. de pig.4.memb.par.2.num 138.(b)argum.§.adeo de loc & cond.Angel.in §.Item Ser.nu. 2.(c)etiam gratis habitãtem pro deterioratione ſcilicet l.5.in quibus cauſ.pig.&c. (d)pro parte ſcilicet qua conduxerunt text.in l.11.§.5.de pig.act (e)velut cenſuarium ſuperficiarium.Ang.d.§.num.2.(f)l.1.h.t.quam eleg.explicat.Cuiac.obſer.5.c.24 eſtque communis vt teſtatur.Neguſ.par.2 memb.4.nu.132 (g) tacitè oppignerati ſunt propter prædiũ ruſticum,fructus tantum,l.6.& 7.in quib.cauſ.pig.tac. propter prædium vrbanum, inuecta,inducta illata,l.4.de pact.l.2.3.4.6.in quib.cauſ.pig.etſi Communis ſentẽtia aliter ſe habeat,malè omninò,in l 5.C.locati.

## XXI.

*Ille enim huius interdicti præcipuus effectus eſt, illa eius vtilitas, qua à cæteris eiuſdem rei nomine competentibus actionibus,Seruiana nimirum & q.Seruiana diſtat,*(a) *quibus cum petitorij iudicij ſint,*(b)*non niſi per quandam conſequentiam poſſeſſio aufertur.*(c) *Quæ etiam cauſa eſt, quamobrem in ijs prolixiores probationes requirantur tanquam ordinarijs iudicijs,videlicet rem oppigneratã tempore cõtractus in bonis fuiſſe debitoris*(d) *quum in hoc vt & cæteris interdictis velut iudicijs ſummarijs,*(e) *illud probaſſe ſuffecerit,quod probabiliter ad præſumendam rei iuſtam poſſeſſionem, facere videtur.*(f)

(a)vide optimè Zaſ.d §.Item num.40. (b) d.§.Item l.17.ff.& l.18.C de pig.(c)l.66.de euict.Ideoque perperam Balduinus tract.de pign.c.14.in princ. hæc iudicia, poſſeſſoria appellauit,(d)l.3.vbi Bart.& Coſt.de pig.l 11.§.2.qui pot.in pig.hab.(e)Bart.in l.1 C.quo. bon.Idem Bart.copioſè in conſtit.ad reprimendum verb.ſummariè.quomodo in crim. læſ.mai.præced gl.& Bart.in l.3.ad exhib.(g)vide VVeſ.ad Bart.in d.l.1.nu.10.quor.bon C.& Zaſ.d.§.nu.37.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450198-p0010-9

153255
AB: 153255
(X 2203998)
K

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450198-p0011-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-450198-p0012-1

DISPVTATIO DE INTERDICTIS;

# …ENERALIS

…E OMNIBVS; ET SPECIA-
…IS, DE QVIBVSDAM, HOC EST,
IIS QVAE ADIPISCENDAE POSSES-
*ſionis ſunt.*

D. O. M. A

…AESIDIBVS CLARISS. ET CONSVL.
…IS D. IOANNE MICHAELIS CRONENBVR-
…, Dictatore, & D. Ioanne Hollandt, Fiſco, SS. LL.
…cent. in celeberrimo apud Vbios Academiæ Co-
lonienſis Iureconſultorum publico
Collegio propoſita à

## IOANNE ROEDEN.

*Anno à N. C. CIↃ. IↃ. XCIII.*
*ipſis Nonis Ianuarijs.*




COLONIAE AGRIPPINAE Gg
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.